reddam9 nos benigno dno xp̄o captiuos q̄ no
e de9 mortuo⁊ ſʒ viuo⁊ In recolendo hunc
articulu recogitet ho ſe q̄i i caps cu hoſtib9
ccluſu nc poſſit euade potētia adūſarioruⁿ
i demonu i3 tdat ſe captiuu xp̄o benigniſſio
dno i ſeruitute Et ſic aliq̊ geſtu corpis cu
orōe eiuſde artil̄i ſeu ſenſu ei9 tdat ſe totu
xp̄o captiuu cu ītētōe qua de9 dedeit
Sextus articulus e ligato tenendus cu ligaue
runt eu / et hec ligato addt̄ ppaſſem᷑ aula lu
paſſionis vlt̄ captoem / q̄ no oes captiui ligat̄
De hac ligacōe cera hic loco ppt̄ illa ca no
bilia q̄ dca ſut de captiua°e ſuo modo Si quēt̄
cur ligauerut eu cu ipē i nullo reſiſtet ſʒ q̄ı
agn9 ſponte ſe ferat duci ad victima / dd hoc
dicedu q̄ ligauerut eu ppt̄ ca / primo ne man9
eo⁊ effuget / dixerat eni eis judas q̄ tenerēt eu
et ducent caute / Scdo q̄ itendebat eu occide
cū eni eēt judeas ut dr̄ glo̊a ut que morte dig
nu iudicaret vitle pſidi ſt̄deret / Tercio ppt̄ miſ
teriu / q̄ eni xp̄i ptus nos ligatos ꝛ i libo vincula
tos ſolue debebat / ideo ... ipm q̄ nos ligai opor
tebat Auguſti9 ligauerut a q̊ pōt9 ſolui velle

debuerunt Et tamen forte i eis qui postea liberari
ab eo dixerunt disrupisti vincula mea Et hor-
mistem modi nescij implebant / sic et omnia alia que
Nota de ipso scripta erant Et nota quod ter legitur dominus
ligatus in ewangelio / primo statim tunc captus est Jo. 18°
comprehenderunt ihesum et ligaverunt eum et adduxe-
runt ad annam primum / Secundo tunc de anna ducitur
ad cayphas / Tercio tunc ducitur ad pylatum Mathei
27. vinctum adduxerunt eum et tradiderunt pontio
pylato presidi Et forte continuo tenuerunt eum
vincti ab hora captionis usque ad horam crucifixionis
ubi etiam ipsum clavis vinxerunt / et sic semper vinctus
fuisset usque ad deposicionem de cruce vel secundum
Beda patuit fieri ut ad horam solueretur quousque
discuteretur et postea iterum disrupissus iterum ligaretur et
hoc videtur sonare litera marci quod dicit vincientes
ihesum duxerunt et tradiderunt eum pilato / Ex quo
videtur quod prius ad horam fuit solutus / Quarto potest
addi quod etiam ligatus fuit tunc flagellaretur / licet
hoc in ewangelio non exprimatur / creditur tamen tunc fuisse
ligatus / ut infra loco suo dicetur Ex hoc articulo
elicitur quinque documenta salubria Primum quod sicut dominus
est ideo voluit dominus ligari ut ipse nostra solueret
vincula peccatorum / Ideo nos debemus esse grati de solucione
nostra et tamen ne rursus eum peccatis nostris ligemus
secundum sensum que habetur infra articulo 31° Secundum
est quod christus ligari voluit ut nos sibi alligaret
vinculis caritatis vel ut studeamus et nos tam fortiter

sibi astringi caritate ne levit ab ipo possim⁹ sepa
ri ipsa enim caritas e vinculo q° aia deo alligat².
cā! 6. vincula illi⁹ alligatura salutaris vn̄ ipa
e funicul⁹ ille coccine⁹ quē raab habebat ligatū
i fenest² dom⁹ iticoris i. signū certū sue saluacōis
Josue 2°. Et certe quāq fidelis aia olim q̄ de ex
vetustate pcti originalis i meretrix ꝑ raab signā s3
nūc ꝑ fide xpi regenata si habeat funiculū coc
cineū caritatis ligatū et i fenest² dom⁹ interioris
q̄ divini luīne intrat i aiam ꝑ grīam tales aia
procul dubio habet certū signū salutis sue q̄m sit
e deo alligata et de⁹ illi q̄ nō pt̄ de facili ab
eo separi sic e ille funicul⁹ coccine⁹ q° xpe ligat⁹ fuit
ad colūpna q̄ vo cat q̄ tot⁹ sac° sanguine rub
cat⁹ sic e etiā ille funicul⁹ q̄ paulū ita for
tit² alligauit x° q̄ nullo mō ab eo separi potuit
Ro 8° Quis nos separabit a caritate xpi Tribulacio
an angustia an persecucio an nuditas an fa
mes an piculū an gladi⁹ Et infᵃ Certus sū
q̄ neq3 mors neq3 vita & neq3 creatura aliq
poterit nos separe a caritate dei q̄ e i xpo
ihesu Terciū documētū e ut nos ligem⁹ oia me
bra nra et opam ligna funib⁹ preceptorū dei ne
labent² ad aliq̄ grīa divinis precept⁹ ut dñe vo
luntati Exm̄ i xpo q̄ cū sepius tradidisset i maib⁹
iniquorū ligauerūt man⁹ ei⁹ et fecerūt i eo quīq

voluerunt linguam eius ligare non potuerunt quia aut
ligabat linguam suam quod nullum verbum in quo vitale et loqui vellet
nec coram judicibus ut coram preside. Sic et nos licet
potestatem habeamus loquendi ut earum expandi bonum ut
malum linguam nostram et cetera membra sic ligare
debemus ut nullum verbum loqui ut aliquid operamur
quo proximus ledatur aut deus offendatur. Job 40 Nunc
ligabis linguam eius quod de fune fidei et preceptorum
dei lingua et cetera membra ligantur et refrenantur
a malo. Secundo ut simus vinculo fune caritatis
proximo colligati ita ut omnem gratiam dimus ac
recepta eius impetrare studeamus. Apostolus paulus ho-
minibus sibi colligatos habuit omnes fideles cum
dicebat philippenses 1. Est mihi iustum sentire pro omnibus vo-
bis eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis
et in defensione et in confirmatione evangelii socios gau-
dii mei omnes vos esse. Testis enim mihi deus quomodo
cupiam vos omnes in visceribus christi ihesu. Et in corinthios
ix. Cum essem liber omnium me servum feci ut
plures lucrifacerem. Tertio docemur quod nos vo-
lentes sequi christum ad subeundum iugum religionis de-
bemus nos met ipsos ligare vinculo professionis et obe-
diencie quia cum quod nos ligari voluit non enim
sufficit ad perfectionem nos esse captivatos per obe-
dienciam subiectionem nisi eciam simus ad hanc

ligati per votum et professionem videlicet ut non liberi
valeamus etiam si forsitan in odio vellemus a iugo
obediencie collum excutere. In cuius figura ysaac immo-
landus ex obediencia [illegible] colligatus fuit et positus in
altari super struem lignorum ut legitur gen 22. Sic boni
religiosi qui in introitu religionis dat se in manibus
prelati per votum vel professionem obediencie colligatur
ita ut amplius ex suo velle se movere non possunt et sic
in altari mactacionis proprie voluntatis positi cotidie
in holocaustum vivum deo immolantur. Conforto
in recolendo istum articulo recogitet quod qualiter deus li-
gatus fuit propter vincula peccatorum nostrorum solvenda
sic quomodo ligatus est ut nos vinculo caritatis sibi
alligaret. Poterit etiam quod in recompensa aliqualem se
ipsum deo ligare aliquo bono proposito quod si ita ligatus
sit in religione vel alias desideret a deo adiuvari
ad perficiendum huiusmodi obligacionem ad laudem suam.

Septimus articulus est discipulorum fuga vel disces-
sio de qua matheus et marcus dicunt sic. Tunc
comprehenso ihesu discipuli omnes relicto eo fugerunt.
Et in hoc secundum bedam impletur sermo domini quem dix-
erat omnes vos scandalizabimini in me in ista nocte.
Scriptum est enim percuciam pastorem et dispergentur oves
gregis. Sed videtur quod non omnes fugierunt quia petrus se-
quebatur et alius discipulus usque in atrium princi-
pis sacerdotum. Responsio fugerunt omnes sed postea
petrus reversus sequebatur a longe et discipulus ille qui

relicta syndone fugit recuperata veste forte im-
miscuit se turbe qui unus erat ex illis et sic
intravit in atrium quia notus pontifici qui postea intromisit
petrum Et nota quod hec fuga non modicum penalis
fuit xpo | unde ipse inter ceteros dolores suos specialiter
conquestus fuit unde Job 19 in persona xpi dicitur fra-
tres mei sicut elongaverunt a me et noti mei
quasi alieni recesserunt a me Hanc eius fugam in-
datur alitalia hodie ut dicit magister in hystoriis Do-
lebat autem dominus de fuga discipulorum non propter se sed
propter eos | unde etiam dominus est super quod temptabatur propter
scandalum discipulorum quod sciebat futurum non propter
suam passionem Ex quo articulo trahitur tale docu-
mentum est quod nos caveamus ne et nos umquam a xpo
fugiamus Fugit autem a xpo omnis qui propter timorem
humanum vel ex temptatione dyaboli vel alias propter
quamcumque passionem et affectionem corruptam relinquit
iusticiam aut veritatem Nam xpus est iusticia et veri-
tas et universaliter quando quis peccato mortali fugit homo a deo
Secundum est quod si nos aliquando ex fragilitate ad horam rece-
damus a xpo per tradicionem non ideo desperare debemus quia sic
dicit remigius Sancti apostoli qui ex ardore fidei promiserunt
se mori pro xpo timore fugerunt immemores sue promis-
sionis quod etiam cottidie videmus impleri in hiis qui pro amore
dei magna se promittunt facturos et postmodum
non implent qui tamen propterea desperare non debent sed tu a-
postolis resurgere et per penitenciam resipiscere Tercium
documentum est quod ex hac fuga docetur cautela fugi

endi minus perfectis. Unde Rabanus dicit: sicut ministre
sicut petrus qui culpam negationis penitencie lacrimis abluit
recuperacionem eorum ostendit qui in carne labuntur. Ita ceteri
discipuli fugientes cautelam fugiendi docent qui se minus
ydoneos ad toleranda supplicia agnoscunt. Quartum
documentum est quod si interdum hij qui videntur amici nostri et
proximi recedant a nobis tempore necessitatis, reprimimus hoc
feramus memores quod et apostoli in necessitate recesserunt
a christo. Ecclesiastici 6o. Est amicus socius mense et non permanet
in die necessitatis. Confortatiuum sit recolendo istum articulum:
recogitet homo quantum se elongaverit a deo peccando et
dicat oracionem huiusmodi articuli ut eius sensum in corde ha-
beat et timeat illud psalmi: Ecce qui se elongant a te peri-
bunt; perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adherere deo
bonum est.

Octavus articulus

Octavus articulus est ductio ubi considerandum est
quod christus in processu passionis sue hodie novies duc-
tus fuit sicut colligitur ex evangelistis. Primo enim mox ut cap-
tus fuit et ligatus duxerunt eum ad annam primum Jo 18o.
Secundo duxerunt eum ab anna ad caypham Mat 26. Ter-
tio duxerunt eum a caypha ad pylatum Mat 27 Mar-
ci 15 Jo 18o. Quarto duxerunt eum a pylato ad herode
Luce 23. Quinto ab herode reductus est ad pylatum Luce 23.
Sexto milites duxerunt eum intro in atrium pretorii ubi
illuserunt ei Mat 27 et Marci 15. Septimo pylatus
duxit eum foras de pretorio indutum veste purpu-
rea cum corona spinea Jo 19. Octavo pylatus dux-
it eum foras pretorium ad locum qui dicitur lithostratus he-
braice autem gabbatha ubi sedit pro tribunali Jo 19o.

Nono duxerunt eum ad patibulum crucis hec patz
p sex ciuitates Et i qualibz istarum ductionum sp
singlares penas et contumelias passus e sicut de
singulis in suis locis patebit / Fuerunt aut he v
ductiones facte infra vna media diem naturale
videlicz a media nocte usqz ad meridie Et hec
representant fideles q hodie ab hora matutina
usqz ad hora nona circueuntes visitant noue ec
clesias i memoria q xpi post eius captiuitatem fuit duc
tus e ad noue loca Sz quantum ad presente articulum so
lu attendimus ipm actum ductionis i se cum suis c
cumstancijs Sciendum g q ductio xpi fuit vio
lenta ignominiosa z dolorosa Violenta quide q manu
nu armata cum cohorte et tribuno ut patz Jo
18° Ignominiosa q ducebatur vinctus sicut malefactor
vnde dicebat iudei pylato Si no esset hic male
factor no eum tradidissemus tibi Jo 18° Dolorosa etiam
fuit tam dolore cordiali q dolore corporali Cordia
li inquam Cus enim homo ex corde no dolet dum
manibus inimicorum suorum tam crudeliter cum tali strepi
tu armorum ul cum tantis [illegible] obprobrijs et obmur
garoribus realibus z verbalibus quales no e dubium
iudeos sibi i illa via irrogasse No etiam sine
corporali dolore fuit illa ductio q quantumcumqz
ipse voluntarie cum eis iret trahebat tamen eum
fune trudebat impellebat et pressuris ipm ob
ruebat ita ut dicere possz illud 1° psal Ex ori
pre angustie me premunt Ex isto articulo quatuor

habent documenta primum est quod fideles in die pasche
ires visitantes nouem ecclesias cum nouem ductores in
prima ecclesia rememorari debet quod christus passus
fuit tota anima ad quem primo ductus fuit in secunda
quod passus tota carne ubi secundo ductus fuit in
tertia quod tota persona et sic deinceps ut vide posses
in ordine articulorum Secundum est quod forsan si aliquis
causa dei ducamur ad penam tunc patienter toleremus
amore et exemplo eius quia pro nobis ductus est in mortem
sic omnibus ad occisionem Et ad hoc ipse hortatus est
discipulos suos dicens Math x° Ante reges et
presides ducemini propter me Et infra Gaudete in
illa die et exultate quoniam merces vestra copiosa est in
celo Tertium est quod licet nos aliquis ducamus
ad malum pene numquam tamen patiamur nos duci ad
malum culpe sicut illi quibus dicebat apostolus i cor
12. ad simulacra prout ut ducebamini euntes talibus duc
toribus nullatenus nos consentire debemus ad primos
penas inviti etsi ut duci possumus duci quidem
ad simulachrum possumus cogi Unde christus se duci
a diabolo in monte permisit sed ad adorandum dya
bolum induci non potuit quando ei dixit Hec omnia tibi
dabo si cadens et cetera Sic ad alia peccatorum genera de quibus
temptabatur propter duci quidem se permisit ad loca et
ad oportunitates temptationibus tamen nullatenus consensit Sic
et nos si quis ducamur ad temptationes numquam tamen inducamur
in temptationem per consensum peccati Exemplum de vera lucia quod ad
locum penarum duci potuit sed ad lupanar numquam duci

ponit quartum documentum ut nos simus de facili
ductibiles ad viam iusticie sicut xpc valde faciliter
ymo desideranter ducebatur ad passionem non inpugnans
nec renitens nec remurmurans sed sicut ovis non aperiens
os suum ysa 53 Conformio In colendo et con-
formando se ipsi articulo recogitet homo quam exprobra-
biliter xpc ductus fuit sicut fur ut latro poterit
etiam mentaliter visitare novem ecclesias sicut devotio
dabit Ita conformet sibi homo proponendum cum gratia dei
se velle ducibilem esse ad omne divinum beneplacitum et
oret dicendo illud ps spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam vel illud deduc me domine in
semita mandatorum tuorum vel aliud simile sicut minis-
trabit devocio

Nonus articulus est presentacio domini coram anna quam
ut dicit magister in historiis domus anne erat
in via ante porta turpe fuisset si eum preterissent
tum quia erat socer cayphe qui fuit pontifex anni illius
et ideo volebat socerum suum honorare tum quia ipse a-
nas fuerat pontifex anni preteriti et secundum quosdam qui
duo alternatim tenebant pontificatum Iudeos ad quem
iste anas pontifex volebat vel dicebat ille vir
respondens pontifici ut in 11 articulo 11o et ideo nolebat
eius assensum habere presentabat ergo eum primum anne et
presentacio non inmerito inter articulos passionis annumeratur.

xvii

q cuilibet ḡne ꝯ et p̄se corꝑi iudic̄ tāq̄ ma-
lefactor p̄sentari cōueniūt se senciat inocente. Licet
em̄ isti pontifices iudeorum nō habuerit iudiciū sangui-
nis vn̄ dicebat iudei nobis nō licet interficere quemq̄ habe-
bat tn̄ iudiciū examinis q ipsi examinabat causas
spectantes ad ritū iudeorum. Et postea miserunt ad
p̄sidē [illegible] cesaris causas instructas. Ex hoc articulo
instruimur duo docta. Primo quod nos nō debemus indu-
formidare p̄sentari potestati temporali propter xpm̄ q ibi
datur hoc a deo magna gr̄a. Vn̄ dn̄s dixit dis-
cipulis suis Cum aut steteritis ante reges et p̄sides
et et subdit Nolite cogitare qūo aut q̄d loquamini
Et hoc significatur in anima q̄ imputatur gr̄a ut
donato. Scd̄o q animas ut iudex quilibet temporalis
donet gr̄a ei quem iudicat sed occasione sui
datur sibi q̄ ab eo iudicatur gr̄a a deo. Tercio quod
q nos sed actus nostros voluntates et desideria
nr̄a antequam eas perficiamus debemus cum gr̄a dei
ad examen nr̄e rōnis q̄ p pontifice intelligitur
p̄sentare et nichil precipitanter agere. In eo
formando se isti articulo recogitet hō quando dn̄s
nr̄ ibi petit totam animam et iudicabis et cum de-
vocione sicut devocio eius monstrabit.

Decimus articulus de petri trina negacione Cum
enim ihesus duceretur ad domum anne tunc petrus

sequebatur a longe ut videret finem. Sequebatur et
adolescens amictus syndone super nudo saltem
corpore. Non enim habebat aliud vestimentum quam
syndonem quem apprehenderunt. Sed ipse relicta
syndone profugit nudus ab eis. Hunc quidam dicunt
fuisse Johannem, alii Jacobum, sed de Johanne communius
tenetur. Johannes ergo recuperata veste quia notus
erat pontifici ut dicitur intravit cum aliis in atrium pontificis.
Sed Johannes dixit hostiarie et introduxit Petrum quem
cum ad lumen vidisset ancilla hostiaria dixit
Numquid et tu ex discipulis es hominis istius. Dixit ille
Non novi hominem neque scio quid dicis. Stabant autem
servi et ministri ad prunas quia frigus erat et
calefaciebant se. Erat autem Petrus stans in atrio et
calefaciens se. Rursum dicebat alia ancilla. Et hic
cum Jhesu erat. Dixerunt qui astabant vere et tu ex illis
es, nam et Galileus es, et loquela tua manifestum te fa-
cit. Tunc negavit cum iuramento, et post hanc nega-
tionem exivit et gallus cantavit. Et eo rever-
so quasi post horam alius quidam de astantibus affirmabat
dicens vere et hic cum eo erat. Et rursum asta-
tes dixerunt Petro vere tu ex illis es. Maxime autem
urgebat unus ex servis pontificis cognatus Mal-
chi qui dicebat se eum vidisse in orto cum Jhesu. Et
tunc Petrus cepit detestari et anathematizare et
quia non novi hominem quem dicitis. Et statim gallus cantavit.

Et conuersus dominus respexit petrum quod intelligi potest tam de
respectu corporali quam spirituali. Sed Augustinus dicit quod ille re-
spectus fuit spiritualis et diuinus factus ut ei diceret
in mente quomodo eum negasset et quod dominus predixisset
atque ita domino misericorditer respiciente peniteret et
salubriter fleret sicut quotidie dicimus Domine respice me
et respexit eum dominus quia de aliquo periculo anima mea
liberatus est. Sequitur Et recordatus petrus verbi quod
predixerat ei dominus egressus foras flevit amare fugiens
in cauernam que modo gallicantus appellatur ut dicit magister
in historiis. Considerandum quod hec trina negatio petri
bene computatur inter particulas passionis. Non enim erat
modica pena saluatori quod ille electus discipulus quem
ipse petram statuit super quam fundanda erat ecclesia
dicente ei domino Tu es petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam. Qui etiam prius protestatus fuerat
se paratum esse secum et in carcerem et in mortem ire potius
quam vellet eum negare, quod modo ille tam turpiter et ter
eum publice negauit ad vocem unius muliercule.
Non dubium quin magnus ex hoc fuit christo dolor. Unde
etiam inter arma passionis christi depingitur gallus ad
designandum negationem petri. Ex hoc articulo prelati
habent doctrinam. Unde est quod prelatus ecclesie debet
esse talis quod sciat compati infirmitatibus subditorum quia
ut dicit Gregorius 2 parte in decretalibus s. d. Considerandum
igitur dominus petrum cadere permisit ut et fortior post

casum resurgeret / et ex culpa sua [illegible] disceret aliis
cadentibus misereri debet ¶ Secundum quod nullus debet
presumere de sua virtute / unde de istis duobus documentis
solis dicit Leo papa / Ob hoc petrus hesitare
permissus est ut in ecclesie principe remedium penitencie
conderetur quando immutabiliter periculo neque beatus petrus
potuisset evadere ¶ Tercium est quod in principio obsistendum
est peccatis quia unum semper trahit ad se aliud quamvis
sicut in proposito primo fuit nuda negacio secundo ne-
gacioni accessit periurium ¶ Tercio periurio accessit
anathemazacio id est maledictio vel sicut dicit Ieronimus
super matheum prima ancilla titulatur secunda consensio
tercius viri atque hec est trina negacio quam ab-
suit presta fletus ubi dei recordatur ¶ Quartum
documentum est quod si nos aliquando ex fragilitate peccamus
nullo modo in peccato persistemus quia ut dicit glossa super
matheum perseverare in peccato dat incrementum scele-
ris ¶ Qui enim contempnit minima cadit in maiora
Ecce enim in beatum petrum ad primam negacionem impu-
lit una tantum ancilla ¶ Ad secundam duo scilicet ancilla
et vir / Ad terciam plebs ¶ Quintum documentum est quod nullus
peccator debet desperare quantumcumque peccata sint gra-
via / sed debet de peccatis suis penitere ¶ Exemplo beati
petri qui culpam negacionis penitencie lacrimis abluit
Unde Leo papa / Felices inquit o apostole sancte lacrime
tue que ad diluendam culpam negacionis virtutem sac[ramenti]

habuere

habundac baptismatis. Secundo quod nos caueamus
ne umquam xpm negemus xpm namque negat qui
in omni peccato mortali et consenciendo dyabolo negamus
xpm. Et non ordine primo per primos gallus cantauit
deinde dominus petrum respexit. Tercio petrus flere
cepit tunc egressus foras fleuit amare. Sic hodie
fit quod ut dicit gregorius. Tunc nobis gallus cantat cum
predicator corda ad [illegible] compunctionem excitat
sed cantus galli non sufficit nisi dominus oculo pietatis
peccatorem respiciat. quod ut dicit ihcodorus fieri non poterit
ut negacionis tenebris remaneant quos lux respexe-
rit mundi. Tunc autem in tercio incipimus flere secundum
gregorium cum arguimur intus per scintillam consciencie et ex-
tunc foris exiuimus id est extra quod fuimus egredimur
scilicet conformando se ipsi ac loco cogitet homo quod pre quo
sui deus respiciat. Et tunc ad instar beati petri re-
memoret peccata sua breuiter et sumarie et ea
amare plangat defleat lacrimis saltem cordis xix lectio

Viderimus autem alapizato interim cum
quod ista agebantur foris in atrio contra petrum
ihesus autem intus in auditorio erat. Tunc pontifex
interrogabat ihesum de discipulis et de doctrina eius
cui respondit ihesus. Ego palam locutus sum mundo
ego semper docui in templo et in synagoga quo omnes
iudei conueniunt. Interroga eos qui audierunt quid lo-
cutus sum ipsis. Tunc unus assistens ministrorum dedit ei

alapa dicens Sic respondes pontifici In hac alapa ipse
et conscientia illa tercio 3° dabit percutienti se maxilla
. et alapa percussio in maxilla sicut colaphus est percussio
in collo Unde Job 14 dicitur in persona christi Exprobra
tes percusserunt maxillam meam saturati sunt penis
meis Solet autem ut plurimum dari alapa pro vin/
dictis offensionibus uxorum Unde legitur 3° regum
22 quod sedechias percussit micheam prophetam in max
illa pro eo quod prophetavit regi malum Sic hic quasi
dicens non respondeat pontifici placabiliter hoc minister
pontificis vindicare volens dedit ei alapam dicens
Sic respondes pontifici Ipse vero dominus hanc contume
liam sicut et multas alias que sequuntur pro nobis
passus tam cum pacientia et mansuetudine tolleravit
Unde etiam tam modeste percutienti se respondit Si
male locutus sum miseris testimonium perhibe de ma
lo si autem bene cur me cedis Ex hoc ar
habetur tria documenta Primum est secundum theologos ut
nos verbis et operibus deo plaudamus Maxille
siquidem coniunguntur ori et labiis quibus dentes operiuntur
quibus loquela formatur Alapa autem manu datur
ad maxillam ut in plausu spirituali opera etiam
mala aliorum nos recipere in bonum christus ergo
qui nos alapizari voluit ut nos ora nostra compes
camus ne quid contra divinum honorem loquamur . et etiam

ut ad bonum agendum ut loquendum excitemur. Secundum
est ut nos discamus in iniuriis et contumeliis nobis illatis
patientiam habere. Unde augustinus super locum istum. Quod igitur
ista respondens verus mansuetus et mitis. Potuisset enim
dominus facere illud quod eum percussisset celesti igne consumi
vel a terra absorberi aut arreptum a demonio vexari
vel aliqua alia pena grauiori puniri. Quod horum per pote-
ntiam iubere non potuisset per quem factus est mundus nisi
patientiam nos docere maluisset qua vincatur mundus. Hec
augustinus. Tertium documentum est quod consilia ewangelica non
oportet semper seruare ad literam sed secundum preparacionem
animi. Unde licet ipse dominus precepit prebere ei alteram qui
eum percuteret. Hic non seruauit. Demascenus per hoc etiam
augustinus sua magna precepta illa patientie non in ost-
tentacione corporis sed cordis preparacione facienda. Fieri
enim potest ut alteram homo visibiliter prebeat etiam iratus.
Quanto ergo melius dominus respondit verba placationis
et ad perferenda grauiora tranquillo animo fuit paratus
et non solum alteram maxillam iterum percussuro sed
totum corpus ad infigendum preparauit in ligno. Ad
conformandum se isti ancillo poterit homo sibi ipsi dare
alapam Christi quod dicitur verbis nostris otiosis ut etiam
prauis et mendosis. Unde ut in theorenumate est.

Quodecimus articulus est presentacio caypphe. Cum
enim dominus accepisset alapam. Tunc misit eum
annas ligatum ad caypham apud quem sacerdotes

et scribe et seniores convenerant Et hec presentacio
ad hunc generum erat prima facta anne quia iste actu
erat pontifex anni illius et plus maliciosus quam ceteri ex
ptacio nobis videtur Cayphas enim interpretatur sagax
vel investigator ipse enim magis sagaciter de falsis
testimoniis contra xpm investigavit et cum non inve
niret convenientia testimonia ipse sagaciter et mali
ciose et capciose ab ore xpi suscepit occasionem
dampnacionis ut patet infra articulo 18° Valde
autem congrue ei hec tam maliciosa capcione et invidia
repletus iudicii putatur Ex hoc articulo habetur duo
documenta primum est quod non debet multum terreri servus
xpi ad malos iudices quia quanto iudices nequiores
tanto fiunt martires gloriosiores Exemplo in apostolis petro
et paulo qui sub improbissimo nerone passi sunt
et de beato laurencio qui sub nequissimo decio consu
mavit agone et de multis aliis Secundum est quod
nos omnia mala nostra que ferimus debemus compati
passioni xpi putat et sic ea coram xpo iudice ex
aminanda statue Nam xpus non dedignabatur coram
coram principibus sacerdotum et scribis et senioribus in
decorem de omnibus factis et dictis suis examinari Et
caveamus ne consciencia nostra falsum testimonium perhibe
at nobis sicut iudei xpo Ad conformandum se
huic articulo formet sibi hanc ymaginem xpi in
mente sua statuens coram eo conscienciam suam miseri

tenditur exaiandus q eo q xpc cora caypha ma
liciose fuit examinatus · 3. articulus

Tercius decimus articulus e falsi testimonij
delatio. Cum enim xpc staret coram caypha prin
cipe sacerdotum et omne consilium querebat falsum testiom
contra ipsum ut eum morti traderet & non inuenerunt cum
multi falsi testes accessissent. Nouissime autem duo falsi
testes surrexerunt dicentes. Audiuimus hunc dicentem
possum destruere templum dei hoc manufactum et
post triduum aliud non manufactum reedificare. Ex hoc
autem conabatur probare q ipse diuinam potenciam q deus
sibi usurparet. Sz erant falsi testes qui sensum
et uerba xpi mutabant. Sic enim erant uerba xpi di
centis. Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo
illud. Sz ipsi apposuerunt de templo manufacto xpc
autem dicebat de templo corporis sui. Huiusmodi autem
falsa testimonia non modicum ledebant xpm. Si enim
quilibet homo multum dolet si falso testio calumpni
atur tunc ipse et omnis homo mendax quanto magis xpc
dolebat qui e ipsa ueritas q sic falsitate obnub
gabatur. Ex hoc articulo habetur ista doctrina Primo
e q in falsum testiom primo omnem falsitatem et menda
cium summe detestemur q mendacijs et fallacijs xpc
morti addictus e. et nos quandocunque falsum testiom
et mendacium contra xpm proferimus xpm morti addici
mus quantum in nobis e Secundo q detestabile sit illud
crimen ysidorus in libro de summo bono dicit sic di

res testes falsidicos tibi personis et obnoxios summi
dos que periurando contempnunt consequenter inditi per
mentiendo fallunt / pessimo interitu que falso testimonio

Falsas ledunt ¶ Secundum est quod nos discamus criminaciones si no-
bis inferantur amore dei pacienter sustinere / sicut Christus pro
nobis ad omnes falsas criminaciones simpliciter tacuit
et ipse discipulos suos facturos ¶ hoc iam docuerat
dicens ¶ beati eritis cum maledixerint vobis homines et
persecuti vos fuerint etc. ¶ Tercium est ut nos fallaci-
as studeamus cavendo in nobis et committunt tolerare
¶ Ad hoc enim dominus noster sustinuit testes falsos
ut nos ab eis [illegible] eriperet / sicut eciam mortem sus-
tinuit ut nos a morte liberaret ¶ Ad conformandum
se isti articulo gracias homo referat Christo quod falsos
testes eciam se admisit ut nos veritate fulciret
ut alias caput deus dedit

Quartus decimus articulus est blasphemie falsa
imposicio ¶ Videntes enim principes sacerdotum quod
testimonia producta contra ihesum non sufficiebant ad
eius condempnacionem ¶ perturbati quod non invenerunt calump-
nie locum surgens in medio dixit ad ihesum ¶ Non
respondes ad ea que tibi obiciuntur ab hiis / ipse autem
tacebat ¶ Et rursum princeps sacerdotum ait illi
¶ Adiuro te per deum vivum ut dicas nobis si tu es
Christus filius dei benedicti ¶ Ait illi ihesus tu dixisti
¶ quia ego sum ¶ Verumptamen dico vobis quod videbitis filium

hominis f. i. die iudicii sedere a dextris virtutis dei et
venientem in nubibus celi ad iudicium Tunc princeps sa-
cerdotum scidit vestimenta sua dicens blasphemavit
quid adhuc egemus testibus Ecce nunc audistis blas-
phemiam Ecce quomodo imposuerunt xpo blasphemiam
que est maximum peccatorum quoniam fit contra deum sicut ipsi
in xpm impingebant Unde et in detestationem tam enor-
mis criminis mos erat iudeis cum aliquis blasphemie
audiebat scindere vestes Item paulus et barna-
bas cum cultum diuinum honorarent sciderunt vestimenta
Act xiiii Et in hoc facto cayphas blasphemavit bis
cum blasphemavit cayphas Semel ubi cum dixit Ex-
pedit ut unus moriatur homo pro populo Altera vice facto
cum scidit vestimenta sua Alciori cum genere scissum
est ut in passione pontificis iudeorum sua vestimenta
scindet cum tunica domini ut ab ipsis militibus scindi po-
tuerit designans quod sacerdotium iudeorum quod scelesibus pon-
tificum esset scindendum / Ecclesia vero numquam potuit
scindi Ex hoc articulo sumitur doctrina quod nos debemus
esse puri et immunes ab omni blasphemia tam quod ad
nos quam quo ad alios Primo ad nos quod ut nos nichil
committamus nec dicamus quo nomen dei blasphemetur
quod fit multipliciter vel sine quod possit maledicat
deo vel sanctis vel creaturis dei de maledictis C iii Sine quod
blasphemat baptismum vel super sacramentum ecclesie ut
dicit augustinus super iohannem / blasphemat eciam verbum
dei quod contempnit illud audire Item qui sermonem scriptum blasphemat

qui sacris canonibus derogat. Cristus ergo licet non solum a blasphemiis et ab omni peccato purissimus fuit blasphemiam tamen ipsorum sibi pertulit, ut nos puros a blasphemia custodiamus. Rursus ad alios etiam ut nos aliis blasphemiam non inferamus. Ita quod os nostrum numquam ad verbum blasphemie vel maledicti convocat contra aliquem etiam maledicto dignum. Sicut iste cayphas eo ipso blasphemus fuit quod blasphemiam imposuit [illegible] cum apostolus (?) dixisset xpristum respondisse. Non ego sed tu blasphemas. Sed noluit dominus quod os suum aliquod verbum blasphemie proferre, nobis in exemplo. De quo pulchra doctrina habemus in epistola iude. Ubi dicit quod michael archangelus cum altercaretur cum dyabolo de moysi corpore non est ausus blasphemiam inferre dyabolo. Sed dixit imperet tibi dominus. Super quo verbo dicit theologus et ponitur 2 q. 7. Si michael non fuit ausus dyabolo tante maledictionis dignissimo iudicium inferre blasphemie. Quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus. Et quamvis merebatur dyabolus maledictum, sed per os archangeli blasphemia exire non debuit. Sicut theologus. Si ergo archangelus dyabolo sibi adversarii blasphemiam dicere noluit sed modesto sermone eum coarcuit. Quanto magis ab hominibus blasphemia est cavenda, et maiore in tanto est. Dyabolus enim licet voluntate malus sit, in substantia tamen bonus, et ideo ab angelo non blasphematur. Sed aliquid proferret adversus

bona creatura que est creatura dei. Sed conformanda
se ipsi articulis pro gravium videat ipso deo dicens
illud Sit nomen domini benedictum vel aliquid huiusmodi.

Quintusdecimus articulus est ad mortem condempnacio
Cum enim princeps sacerdotum dixisset Ecce au
distis blasphemiam audivistis. Quid vobis videtur Ex
petens ab eis quid ipsi de eo sentirent Tunc illi omnes
respondentes dixerunt Reus est mortis Et quidem in
hoc bene respondissent supposita veritate facti / Omnis
enim qui blasphemat nomen dei secundum legem reus est
mortis / quia debet lapidari. Levitici 24. Sed quia factum
sive quod videbatur questio fuit falsum / igitur responsio
fuit falsa prophana et iniqua. Et vere ista condem-
nacio ad mortem potest inter precipua passionis / quia
valde affligitur cor hominis cuiuscumque mali dampnari
ad mortem. Quanto magis illud affligere potuit qui
vivos mortuos / mortem mulieresque metuunt. et qui est vita
omnium viventium. quia ad mortem turpissimam condampnabatur
et pro eis quos ipse vivificare venit. Ex isto articulo
habemus duo documenta Primum est ut caveamus ne
unquam illa vox iudeorum scilicet reus est mortis que christi
auribus intonetur insonuit nostris [illegible] mentalibus au
ribus insonet. Sed de hominibus constet in peccato mor
tali verum est dicere reus est mortis. Secundum est ut si
quando nos propter christum a persecutoribus condempnemur
ad mortem non conturbemur sed potius gaudeamus sicut
christus hortatur discipulos suos dicens Cum vos oderint

Gaudete et exultate ecce enim merces vestra multa est in
celis. Confortatio ad conformandum se huic articulo re
cogitet homo quod xpus sepe propter demerita sua reatu
mortis se fecit, sed dei misericordia sit hactenus conser-
vatus pro sua emendatione vel alias

Sextusdecimus articulus est collaphizatio vel percus
sio in collo. De quo autem evangelista quod colaphis
eum cedebant. Solet in collo percuti fatui et despec-
tibiles persone. Cum iudei in hoc quod xpum colophi-
zabant notant non tantum lesionem percussionis quam maiora contu-
melia despectionis. Ex hoc articulo tale habemus
documentum ut caveamus ne aliquando xpum colophizemus
quod ut dicit Beda. Collophizant xpum omnes falsi xpia-
ni qui ore confitentur xpum factis autem negant. Collo-
phus enim datur retro. Illi ergo collophizant xpum do-
minum qui cum ei blandiuntur ore eum confitendo, sed retro
quo deberent eum sequi per bonam vitam collophizant eum
malis operibus xpo contrariis. Et talium fides secundum
augustinum est similis fidei demoniorum. Demones credunt
et contremiscunt, et eum malis actibus et suggestioni-
bus collophizant cotidie xpum in membris suis. Item secundum
augustinum collophizat xpum qui ei honores suos prefert.
Aliud documentum est quod sicut xpus pro nobis collophizatus est
sic et nos collophizatores penales quos plerumque nos
affligunt non solum paciamur sed et prudenter portemus si-
cut fecit apostolus qui dicebat 2 Cor. 12. Datus est mihi

stimulus carnis mee angelus sathane qui me collo-
phiset. Ad secundo ad confirmandum se huic articulo po-
terit quod sibi ipsi dat collophum in commemoracionem collo-
phiorum xpi et revolvat in mente tacito. xvii articulus

Articulus xvii est conspuicio faciei. Cum enim iudei
omnes acclamarent eum reum esse mortis tunc conspu-
erunt in faciem eius. Sputum enim erat indecorum conspuere
in faciem eius quem abiciebat. Et fiebat in magnum des-
pectum. Unde etiam in lege. Si pater alicuius puelle spu-
isset in eius faciem ita abhominabilis reddebatur quod ad
minus septem diebus oportebat eam esse sequestratam a
conversacione hominum ut habetur Deut. 14. Quid enim turpius
quod despectius quod ignominiosius quod vituperosius quam conspui
in faciem. et maxime in illa facie speciosissima in quam
desiderant angeli prospicere. que plena est graciarum et de-
siderata cunctis gentibus. que salus est aspiciencium. O quam cer-
ta est emulacio infelicium iudeorum. qui non exhorruerunt
turpissimis sputis suis maculare et deturpare tam
amabilem faciem et non tantum simplicibus sputis salive
Sed verisimile est quod extrectaciones suas [illegible] fetidissi-
mas in faciem eius iecerunt. Unde Marcus non dicit
spuerunt sed exspuerunt et non tantum unus sed plebs
simul conspuerunt. Et ita facies illa benedicta facta est
ita abhominabilis quod erat tecta ex sputis et verberibus
que ei in faciem dederunt ut sequitur. Unde adimpletum est
in eo quod dicitur Ysa 53 Non est species neque decor. Et vi-

vidimus eum et non erat aspectus et nos reputavimus eum quasi
leprosum percussum a deo et humiliatum Et subdit ipse
autem vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter
scelera nostra Ex hoc articulo innuuntur duo documenta primum
est quod nos diligenter caveamus ne et nos [illegible] eum [illegible]
Christi faciem conspuamus quod fit quintupliciter ad presens [illegible]
Primo namque secundum Ysidorum faciem Christi conspuunt qui consciam
suam fedis cogitationibus et actionibus polluunt Christus enim
conscientiam suam inhabitat in qua dei facies id est
ymago relucet Sic est quod quicumque conscientiam suam peccatis
polluunt quasi sputum in faciem Christi conspuunt Et ideo dicit
Ysidorus quod dominus noster in faciem conspui voluit ut nos a
peccatis lavaret Secundo secundum Augustinum Illi in Christi fa-
ciem conspuunt qui presentiam gratie eius contradicunt ubi
ex eterna cete mentes insania correpti respuunt et eum
in carne venisse negant Tertio secundum Gregorium Christi
faciem conspuunt qui iustos et sanctos in presenti contumeliis
afficiunt Unde Job 30 Faciem meam conspuere non ve-
rentur Ubi Gregorius Faciem eius conspuere est iustos et
sanctos etiam in presentia confutare et in corpore contumelias
fluxa verba quasi fluentes salivas mittere Quarto
potest dici ad litteram quod in faciem Christi illi conspuunt
qui eucaristiam indigne sumunt Quicumque enim ei pollu-
ta conscientia corpus Christi in os suum accipiunt hii sali-
vam suam peccato infectam sacramento tingunt madefa-
ciunt et deglutiunt Et propter hoc quid aliud isti faciunt

quam quod xpi faciem conspuunt Et sic eciam de singulis indigne
tractatibus intelligatur / ubi pallegatum Job / faciem meam
conspuere non verentur Jer. 30 In facie xpi conspuunt qui
prelatos suos contempnunt Secundum doctum est .. secundum
crisostomum ut nos ista sputa turpissima et illa expro
brablia xpi passionis nobis ad maximam gloriam re=
putemus Eciam ut dicit Crisostomus super Matheum Attende
quod ewangelista cum summa diligentia ea que videntur esse expro=
bratissima exposuit / nichil omittens ut videamus quod glo
ria maxima dominatorem orbis terrarum pro nobis talia susti
nere Hec non mediocriter iscribamus et in hiis gloriemur Et
si quidem istud doctum possit inferri ad singula puncta
dominice passionis / singulariter tamen ad istud quod sit exprobra=
tissimum fuit Confortatio ad conformandum se sicut
articulus formet homo in morte sua xpm tam horribiliter
conspuit in facie deturpatum et reputetur sibi pro magna
gloria Recogitet eciam quociens ipse faciem illam speciosis=
simam in consciencia sua polluit Item quociens indigne con
tando sputi sui contactu xpm sordidavit vel alias
sicut devotus inscribit

Decimus octavus articulus est in facie percussio de
quo ewangelista dicit Et palmas ei in faciem dede
runt percucientes faciem eius / dicitur autem palma secundum
papiam manus extenta vel explicata / sicut pugnus
dicitur manus complosa Manibus ergo extensis et pal
mis eum percusserunt Et hec percussio bis facta

spalem articulū | na ex tali pcussione pꝯ hō dolꝫ
q̄ de pcussione ī genis ul' ī collo. In facie em̄ sūt
oēs sensꝯ. oēs spūs et sūt ī mebra tenera facile
lesibilia Sm̄ Bernardū. ē q ex tali pcussione pfluxit
sāguis p nares et p os | licet hoc ab ewāgelistis
nō exprimat'. Ꝺ q̄ horrēdū scelꝯ ī pijssimorū inde
orū q faciē tā formosā tā crudelit' vberibꝯ af-
ferebāt. Ex hoc articulo habet' plā doctrina Pm̄
ē. q nos exēplo xpi distām patiēt' sustinē. si
qs ī faciē nos cedat sicut aplūs cōsīda de hoc
comēdat. 2 ad corī. xj. Sustinetis em̄ si qs vos
ī faciē cedit. Scd' nō solū accipiēdū ē ad lrā
sicut ī pposito xpc ad lrām cesꝯ fuit ī facie. sed
eciā mistice. sicut dicit glosa ibidē. In facie ce-
dit' ī cuiꝯ os iniuria irrogat'. Nā et isto mō
xpc ī facie cesꝯ fuit. q quāto multas iniurias et
propera ei ī facie abiecerūt. Sm̄ ysa. In psona
xpi ait faciē meā nō auerti ab increpātibꝯ et
cōspuentibꝯ ī me. Iudei nāqꝫ cū hoc q ei ī facie
cōspuebāt et ī facie xpi cū realit' pcuciebāt
Verū multas increpatōes et blasphemias xpm in
facie recepisse q nō oīa pticulait' ab ewāglīstis exp-
mūt'. Sꝫ lucas ea tangit ī gnāle sic dicēs q multa
alia blasphemātes dicebāt | Sicut g° xpc dnūs
nr̄ ab oībꝯ talibꝯ increpatoibꝯ blasphemiis et per-
cussiōibꝯ et sputis faciē nūq̄ auertebat. qm̄ ymo vo

Simitate ad oia illa facie sua eis q nos offebat
Sic et nos tactu cōpunctiōe sustinē filia p xpo no
recusemus Tercium docunt ē ut caveamus ne et nos
demus palmas i facie xpi / qr ut dicit aug illi
palmas i facie xpi dant qui presidia terrari eu
no venisse affirmat. tamq̄ presentia eius exterminates
et repellentes Item illi dat palmas i facie xpi
q xpi integritate diuine ymaginis i mente sua ledunt
et offendunt. Ad cuius evidentia ē sciendum q ymago
dei i mente tres habet condiciones nobilissimas Primo
habet puritatem / ita ymago i mente eiusmodi pu-
ritate creata ē. et menti ipsa / Et hec puri-
tas maculat² sordibus peccatorum. tamq̄ sputis sordidis-
simis. qbus facies xpi conspuit² ut i articulo precedenti.
Secundo habet ymago dei q p facie xpi itelligit² inte-
gritate / qr no solu patrem no solu filiu nec solu
spm sctm ista sed tres psonas sibi assimilat. ita p
memoria ē silis patri p itelligentia filio p amore
spui sco. Et hec integritas ymaginis violat² et offe-
dit² p peccatum. ita ho existens i peccato mortali. et si
memoret² vel itelligat aliquid de deo no tn amat
deum / et sic violata ē integritas ymaginis / et de ter-
tia psona / et ursus si memoret² nec itelligat nec
amat. violata ē quantum ad duas psonas Et maxi-
ime. Tercio habet veritate. ponendo tandem ymaginis

Ad incorruptum intelligendum et amandum sed secundum quod homo
non secundum naturalem aptitudinem actu vel habitu deum me-
minit. intelligat. et amat. et habet esse per conformitatem
gracie. In hoc enim magis proprie attenditur racio ymaginis
secundum augustinum. Ideo ergo cadens a gracia per peccatum mani-
festi operis / scriptum qui in facie percutit / ac per hoc integri-
tate ymaginis dei in se offendit et cetera. Tercio facies
dei vel ymago in mente habet luminositatem a divino
lumine ei influxa. Unde in ps. Signatum est super nos
lumen vultus tui domine. Sed eciam luminositas ymaginis
per peccatum obscuratur. et hoc est Christi faciem velari quod
pertinet ad sequentem articulum. Ideo voluit Christus faciem
suam sputis conspui / ut ymaginem suam in nobis lavaret
pollutam / Voluit in facie sua percuti / ut ymaginem su-
am in nobis lesam reintegraret. Voluit faciem suam
velari ut ymaginem suam in nobis velatam et obscura-
tam detegeret. Item in facie Christi palmas dant illi sacer-
dotes. qui polluti corpus Christi tangunt et contractant
Cohortor ad confirmandum secundum hunc articulum recogitet
homo quociens ipse integritate ymaginis dei in se offenderit
vel violaverit / Et pateat sit secundum prophetam an cum
Christo libeat velle in facie cedi / non solum verbaliter
sed eciam realiter casu oportuno / Item recogitet sa-
cerdos quociens manus suas pollutas in faciem Christi
iniecerit corpus suum indigne tractando / vel alias
sicut devocio ministrabit

Articulus 19 · de facie velata · Velaverunt faciem
suam · D · Insana cecitas et vera insania infelicium
iudeorum / qui illam desiderabilem faciem quam adventuram
predecessores eorum et prophete diu cum longo suspirio desidera-
verant · ipsi infelices cum presentem habuerunt · tam ignominiose
se velaverunt · Hanc quippe videre faciem ille propheta
cum gemitu et legifer moyses ipsam desiderabat
cum diceret / Ostende nobis domine faciem tuam et salvi erimus
Item salomon Can. 2 Ostende michi faciem tuam / facies
enim tua decora / Item rex propheta et predecessores cum magno
desiderio clamabant / Veni et ostende nobis faciem tuam
domine qui sedes super cherubin · Venit tandem ille desideratus
cunctis gentibus · Venit et videns faciem suam ostendit
et ipsi sceleratissimi faciem eius velaverunt · Velave-
runt ipsi ut ait beda / non ut ille illorum scelera non
videat sed ut a semetipsis faciem abscondat · Nec mirum
quod eorum oculi ceci non faciem moysi poterant intueri
in velamine super eius faciem posito ut habetur Exo 38
Et tamen plus quam moyses hic / cuius itaque facies sine
